



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annuae Litterae Societatis Iesv Anni. M. D. LXXXIII. Patribvs Fratribvsqve
Societatis Iesu, gratia, & pax Christi Domini, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66816)

ANNV³AE LITTERAE
SOCIETATIS IESV

ANNI. M. D. LXXXIII.



PATRIBVS FRATRIBVSQVE

Societatis Iesu, gratia, & pax
Christi Domini, &c.



SERIVS omnino quam par erat Pa-
tres Fratresque carissimi laborum
vestrorum fructus mittuntur ad vos:
nihil tamen de fructum incunditate
tarditas ipsa decerpet, qui quanto a-
uidius expectantur, tanto incundius degustantur. Mo-
re autē non vna causa fuit: primū litterarū provincia-
liū expectatio, quae & si à plerisq. tēpestiue fortasse
dantur; non tamen ab omnibus tempestiue redduntur.
Deinde tum eius, qui hanc annuam vniuersae Societa-
tis memoriam colligabat, tum eorum, quibus postea ea
mandata res est, vel valetudo vel occupatio. quorum
illi valetudinis causa à scribendo fuit omnino cessan-
A 2 dum;

4
dum; hisce partim morbo implicitis, partim occupatio-
ne presentis, impositum subire onus non prius licuit,
quam fere lapsus est annus. itaque cum danda fue-
rant litteræ, tum denique scribi sunt coeptæ. Sed in his
quæ mittuntur ad nos is delectus habetur, quem et
scribendi formula nobis tradita, et ratio ipsa præ-
scribit: ut minimè mirum videri debeat, si et ea præ-
tereantur, quæ fortasse commemoranda, et ea com-
memorentur interdum, quæ non nullis tacenda videan-
tur. Verum quia in ijs quæ aliena videntur rejicien-
dis non nostrum iudicium sequimur sed aliorum;
nemo mea quidem sententia iure condemnet, quæ
vnius quidem labore, multorum tamen approbatio-
ne collecta sunt. Nam si quid dignum totius Socie-
tatis auribus afferatur; quid est quod quisquam
malit quam carissimorum labores fratrum litteris
commendari suis, eaque maxime ratione in partem
vocari meritorum, qui particeps non sit laborum? E-
quidem hoc in me recipio quicquid sine controuersia
dignum litteris fuerit, in eo nec fidem scribentis desi-
deratum iri, nec diligentiam. Iam vero ut ad rem pro-
pius accedamus. Ex tribus et viginti provincijs, qui-
bus omnis Societas continetur, nec à Belgica, nec à
Peruana Provincia acceptæ sunt litteræ. In his vero
quæ acceptæ sunt, inita est sociorum summa quinque
millium nongentorum ac viginti quatuor. Eorum ve-
ro quibus aucta Societas est quadringentorum circi-
ter ac septuaginta. Eorum qui interierunt, si eos quos
Martyr ij laurea donatos accepimus, eximamus, fere
centum ac quattuordecim. Collegia multa et quidem
cum

5
cum opulentis relictibus sunt reiecta. Tria vero dum-
taxat admissa si sedes quasdam quæ nunc primum in
Collegij formam redactæ sunt excipiamus. Vnum Ba-
rij in Neapolitana Prouincia, Rigæ alterum in Polo-
nia, Tertium Dolæ in Comitatu Burgundia. Profes-
sorum domus vna Panhormi. Angrense ve-
ro Collegium in Lusitania superiore anno
amissum, recuperatum. Hæc de vni-
uersa Societate. Nunc de eius
partibus prouincijsque
dicendum.



Faint, illegible text in a medieval script, likely Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a formal document or a page from a legal or ecclesiastical text.

IKO 3 N

P
In
ma
In
ce
ne
ci
ill
ni
gi
A
ex
pr
q
pl
be
th